

Christianissimo. Si vero suam in hoc exonerat conscientiam, ex hoc sequitur, quod Fratres ab eo missi, sunt huius Ecclesie veri ministri, in locis ubi curam exercent animarum, ad quod ab eo mittuntur, licet Episcopis non subiciantur. Neque probabile est, quod Rex ipse velit, molestentur nunc, memor suorum, [ quos hanc plantando Ecclesiam per plures annos sustinere ] laborum. Et ar. i. dicit. Quandoquidem Episcopus tenetur ex officio ad suam exonerandam conscientiam, procurare suarum salutem ouium per meliorem ministrum, quem ad hoc magis idoneum inuenire poterit, si eas potest per Clericos, teste conscientia, melius in omnibus, que ad earum salutem pertinent, & fidelius curare, quam per Fratres Mendicantes, in his Indijs: vel si teste conscientia potest eas melius curare per Fratres Mendicantes, quoniam vtrumque potest, tenetur eas curare per meliorem: sine talis sit secularis, siue regularis, hoc enim nihil facit in proposito: tantum curandum est, quod oues melius quam fieri poterit curentur, quia id hoc obligatus est Episcopus: alias si re-  
 & o meliore ministro, suis prouidet ouibus  
 le bono, suam non exonerat conscientiam,

¶ \*\*\*\*

quia